



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorum|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXXIX. Unitas, Unus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

facius propter hæresin totum Collegium & ordinem Templariorum punivit, & si quæ sunt similia, vid. Henning. Goeden. *conf. 33. de jure Civitatis. n. 20. pag. m. 102.*

Limita ergo, in stricta significatione eam non venire appellatione personæ, & ita procedere in materia odiosa. Losæus *part. 1. cap. 11. ad fin. maximè quando statutum esset exorbitans. Modit. in §. plebiscitum decis. 2. n. 7.*

III.

Universitas quod debet, singuli non debent, *l. sicut 7. ff. quod cujusque universi. nom. ubi Bart. Bald. in l. 1. §. quod si ff. eod. Hartm. Pistor. 1. pract. quest. 37. num. 6. Dec. in l. Civitas ff. de reb. credit. numer. 6. vers. & vera resolutio. ubi Bald. & Angel. Carpzov. part. 2. constit. 6. defin. 24. n. 4. aliud enim est ipsa universitas, aliud sunt singuli in ea homines. gl. in l. sicut §. si quid ff. quod cujusque universi. nom. Canonist. in cap. cum omnes, extr. de Constit. Roland. à Vall. *conf. 53. num. 6. vol. 3. Duar. ad l. 43. de re jud. ubi Colleg. Argent. tb. 82. n. 5.* & universitas alia dicitur persona, & aliud corpus à singulis de universitate. *Parif. conf. 91. num. 1. vol. 4. Matth. de Afflict. super constit. Regni fol. 317. in rubr. de animal. in pass. aff. num. 11. 12. Cornet. conf. 293. numer. 11. vol. 3. Roland. à Vall. conf. 53. num. 7. 9. 10. 11. vol. 4. Goedd. 3. conf. Marp. 28. num. 131.* Quo fit, ut quod pro universitate fit, non possit fieri pro singulis civibus, sed pro ipsa Republ. *l. 2. ff. quod cujusque universi. nom.* Unde etiam actor universitatis, actor singulorum non dicitur *l. si municeps. 2. ibique Bart. d. tit. l. in tantum. 6. §. 1. ff. de rer. divis. qua de causa liberatio facta universitati singulos homines universitatis non afficit, nec contra res civitatis dicitur singulorum, ita ut si jus universitatis legatur, singulis non competat. Moditius. d. §. plebiscitum, dicit. 136. cum quod est universitatis, sit unius corporis, ac ideo plurimum seu singulorum non existit. *l. 1. §. universitatis. 1. ff. de rer. divis. l. sed si hæc res. qui manu mittitur. 4. ff. de in jus vocand. & pluribus exemplis aliis illustrent Losæus d. c. 1. num. 16. & seqq. Besold. d. lib. 1. cap. 12. tb. 60. num. 2.* qua ratione etiam concluditur, quod ea per Syndicum suum ex juris dispositione investituram accipere ac fidelitatis iuramentum, non vero singuli cives ex ea præstare teneantur, prout sentiunt Jacob. de S. Georg. in tract. feudal. in verb. qui quidem investiti. num. 10. & 27. Laurent. Sylvan. de feud. recognit. quest. 94. Johann. Blanc. de feudis. lib. 1. c. 7. num. 15. Ludolph. Schrader. tract. feudal. part. 6. cap. 1. n. 2. Henric. Boccr. de investit. feud. cap. 4. n. 25.**

Limita: Civitas tamen ad solutionem æris alieni subditis potest indicare collectam pro viribus patrimonii. *Gail. Tract. de Arrest. cap. 9. Conf. Argent. Vol. 2. conf. 6. & 31.*

IV.

Bona universitatis prædiæque publica magistratus sibi appropriare vel alienare nequit. Losæus *de Jure Universit. P. 3. C. 5.*

V.

Civitas vel universitas delinquere dicitur, si omnes delinquant, vel major pars communicato

consilio, *Myns. Cent. 4. obs. 79. & punitur ademptione privilegiorum, damnatione ad falem & aratrum l. 21. ff. quib. mod. usufr. amittitur, item banno, quò casu pro mortua habetur, & omnia jura amittit. Gloss. in cap. fin. X. de procurat. VI.*

Universitas non moritur. *l. 79. ff. de judic. arg. l. an usufructus. 56. ubi DD. ff. de Usur. l. si usufructus. 8. ff. de Usufr. legat. Angel. in l. proponatur. ff. de judic. Berlich. 2. decis. 224. & seq.*

Universitas enim eadem manet, licet variemur personæ, *l. 7. §. in decurionibus. 2. quod cujusque univ. nom.* cum licet homines extinguantur, nihilominus tamen res & jura ipsorum hominum remaneant, ut quæ propter mortem hominum non extinguantur, ac propter illa jura representatur tota universitas etiam in uno d. *l. sicut. 7. §. 2. quod cujusque universi. nom.* etiam omnibus extinctis: quod tamen intelligi scilicet habitu quoad juris intellectum, non actu, ob rationem, quod universale (sicut homo in genere non moritur) perire non possit. *Besold. d. c. 12. tb. 60. n. 2. add. & Goedd. 2. conf. Marp. 28. n. 130.*

VII.

Universitatem tangens ab universitate debet approbari *cap. si Archiepiscopus. 6. extr. de tempor. ordin. cap. ad hac. 8. in fin. extr. de offic. Archidiacon. cap. ult. extr. de majorit. & obed. cap. accedentis. 11. extr. de prescript. c. ult. extr. de his que sunt à Prælat. c. quod omnes. 29. de R. lin. 6. & præcaveri. c. pervenit. 2. extr. de immunit. Eccles.*

CAP. XXXIX. Unitas, Unus.

Axioma I.

Unitas divisionem non recipit. *cap. loquitur. 18. q. 1. arg. l. nulli. 10. C. de judic. cap. 1. extr. de sequestr. possess. Speculat. lib. 1. cap. sequitur de arbit. n. 6. pag. 64. fac. 2.*

II.

Unitas est principium numeri, ipsa tamen non est numerus, *arg. l. 10. in fin. de acquir. poss. l. 4. ff. locat. Nolden. de statu Nobil. c. 15. n. 143.*

III.

Unus non potest plurimum vicem sustinere neque multis functionibus sufficere. *l. 9. de pass. l. 13. §. 4. SC. Trebell. vid. tamen l. 59. in fin. eod. Everhard. in loc. à tanquam sive resp. & supr. lit. P. cap. Persona.*

IV.

Qui de uno dicit, de alio negare videtur. *l. cum Prætor. 12. ff. de judic. ubi cum Prætor verat, intelligitur cæteris permittere, v. c. cum Prætor nominatum uni mandat, ut judicet, cæteris id prohibere videtur. vid. tamen Duar. ad l. 24. §. si quis post. de legat. 1. ubi ait, ad hoc brocardicum quid respondeam, nescio, ego manus do, si his armis brocardicis pugnandum sit.*

CAP. XL. Vocatio.

Unusquisque in ea probatione permanet, in qua dignoscitur esse vocatus. *cap. licet. 18. de Regular.*

CAP.